



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 54. Passaviensis Capituli oppositio contra præfatam districtus cellionem  
ab Episcopo factam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

„eundem Pataviensem Episcopum ejus- Sæc. XVIII.  
„que Successores afficere & obligare A.C. 1728.  
„omnino intelligatur, ita ut ille vel  
„illi nullum alium nisi Salisburgensem  
„Archiepiscopum eligere valeant, & ad  
„Concilium Provinciale prædictum ac-  
„cedere omnino teneantur..”

Promulgata hac Pontificis decisio-  
ne Salisburgensi Archiepiscopo nil re-  
liquum erat, nisi jus suas exponendi  
querelas, & protestationes, quas ut-  
pote adhuc licitas ipsa Sedes Romana  
nec ægre fert, nec ferre potest; quo-  
circa etiam hic Archipræsul, Romæ  
& Viennæ in comitiis desuper recla-  
mabat, ac vehementer de hac con-  
cessione querebatur, uti suo loco re-  
feremus.

#### §. LIV.

*Passaviensis Capituli oppositio con-  
tra dictam cessionem ab Episcopo  
factam.*

Postquam Carolus VI. Imperator (ut *Vide supra*  
supra meminimus) Viennensem l. 221. t. 71.  
Ecclesiam ad Archiepiscopalem evehi pag. 151.  
obtinuerat, ad ampliandam hanc Diœ-  
cesin illum districtum, qui se infra Vien-  
nensem Sylvam protendit, a Passa-  
viensi Ecclesia avelli, ac Viennensi  
auctoritate Apostolica adjici petiit. Ob-

Xx 2                   lucta-

Sæc. XVIII. luctabatur aliquamdiu Josephus Do-  
A. C. 1728. minicus Passavensis Episcopus, tan-

dem vero Pontificis æque ac Cæsaris  
petito cessit, eoquod præter Archi-  
episcopalem dignitatem insuper suæ Diæ-  
cesis exemptionem a Metropolitica ju-  
risdictione Salisburgensi a Papa ad im-  
pensas Imperatoris preces impetrasset.  
Verum adversus hanc cessionem vehe-  
menter reclamabant Passavienses Ca-  
nonici, qui Capituli sui Syndicu-  
rat Ratisbonam ad Imperii comitia ablega-  
runt unacum libello supplici, quem  
cunctis Catholicis Principibus eorum-  
que Legatis tradi jusserunt, atque in  
eo graviter questi sunt, quod annuente  
etiam Papa haud ignobilis ditionum  
pars a Passavensi Diæcesi sejuncta,  
Viennensi Archiepiscopatu non sine  
maximo Capituli præjudicio adjecta  
fuerit. Eundem quoque Syndicu-  
rat Viennam deputabant, ubi nullum non  
movit lapidem, ut hujus cessionis ex-  
ecutionem præpediret. Hunc in finem  
præcipue Syndicus exposuit, quod  
Cæsarea sua Majestas in suæ capitula-  
tionis Articulo I. & decimo sexto so-  
lemniter pollicita sit, se cunctos Im-  
perii Status, necnon Ecclesiæ in suis  
ditionibus juribusque contra quoscun-  
que insultus & damna egregie prote-  
cturam, imo etiam in suis literis Mense

No-

Novembri Anno 1719. ad Papam datis declarasset, quod *Viennensis Archiepi-*  
*scopatus ereditio cum nullius damno fieret:* Sæc. XVIII.  
A.C. 1728.  
 nunc vero Passaviensi Capitulo duæ  
 Abbatiæ, Præpositura & celebre Car-  
 thusianorum Cænobium unacum sexa-  
 ginta novem Parochiis non sine maxi-  
 mo hujus Episcopatus præjudicio ab-  
 riperentur.

Cum autem præfatus libellus sup-  
 plic asperis oppido verbis conceptus  
 esset. hinc non modo plures Imperii  
 Principes, sed ipse etiam Cæsar gra-  
 viter inde offendebantur. Ea de caufa  
 Carolus VI. Imperator datis ad Passa-  
 viense Capitulum literis exponebat, se  
 quidem haud ignorare, quoddam scri-  
 ptum circa paucorum oppidorum cef-  
 sionem nomine Passaviensis Capituli  
 prodiisse, & ad Principum Legatos in  
 Imperii comitiis agentes fuisse trans-  
 missum, summopere tamen Cæsareæ  
 suæ Majestati displicere, quod non  
 modo species facti minus genuine fuisse  
 exposita, sed & Passaviensi Episcopo  
 æque ac Viennensi Cardinali & Archi-  
 episcopo contra fas multa sat injuriosa  
 fuissent imputata, ac insuper seposita  
 omni reverentia tam Pontifici quam  
 Cæsari debita ingratus ille Scriptor be-  
 neficia & Sacræ Cæsareæ Majestatis  
 patrocinium, quod hujus Capituli Præ-

Xx 3                    de-

Sæc. XVIII. decessores contra Salisburgensis Ar.  
A. C. 1728 chiepiscopi vehementissimas oppositio-  
nes toties tamque ardenter, testanti-  
bus actis, implorassent, flocci haberet;  
Suam equidem Majestatem credere,  
Canonicos nullam in hoc scripto, quod  
a tam protervo calamo profluxisset,  
partem habuisse, præcipue cum ferme  
omnes suæ Majestatis clientes, subditi  
ac Vasalli essent; proin, illos debitæ  
ērga suum territorialem Dominum re-  
verentiæ memores in re jamjam com-  
posita & pene confecta nil ultra motu-  
ros, nihilominus tamen Sacram suam  
Majestatem confidere, eosque hortari,  
ut Canonici de hujus libelli indignitate  
convicti ab oppositionibus tam in re  
quam in modo illicitis recessuri, eaque  
arrepturi essent consilia, ne Imperator  
ad tuendum suum & Pontificis hono-  
rem, debitamque venerationem acer-  
biora remedia adhibere cogeretur &c.

Hoc idem Capituli scriptum Impe-  
rator Roman ad Cardinalem Cienfue-  
gos Cæsareum Ministrum transmisit,  
hæc perscribens: *non modo mea, sed &*  
*Pontificis interest, ut tam præterva scri-  
bendi licentia. & nonnisi falsis narratis  
innixa sece opponendi ratio coerceretur,*  
*apropter confido, Pontificem sua sponte  
intentum fore, ut a veritatis tramite devil  
ad reverentiæ & obsequii limites tam moni-  
tis,*

tis, quam aliis opportunis mediis reducan- Sæc.XVIII.  
tur. Hæc Imperatoris jussa Cardina- A. C. 1728.  
lis tam solerter apud summum Pon-  
tificem urgebat, ut hic die decima  
sexta Decembris ad Passavienses Cano-  
nicos sequens transmitteret diploma:

*Dilecti Filii, Salutem &c.*

„Tam decoris, amplisque conditio-  
„nibus tantaque cum Passaviensis Ec-  
„clesiæ utilitate certatim Apostolica &  
„Cæfarea benignitas rependere studuit  
„Diæcesis istius partem Viennensi Me-  
„tropoli adjectam, ut a Vesta filiali  
„obseruantia grati animi testimonium  
„vestro nomine ac virtute dignum jure  
„ac merito expectaremus; sed ea spes  
„ita nos fefellit, ut incredibili potius  
„cum dolore actus, a pristinæ vestræ  
„obedientiæ exemplis prorsus alienos  
„acceperimus. Auctam enim Ecclesiæ  
„vestræ dignitatem, quæ cæteris ra-  
„tionibus filiali gratulatione antefe-  
„renda erat, parvi pendentes, Eccle-  
„siasticæ Disciplinæ documentis, &  
„reverentiæ officiis Episcopo & Patri  
„vestro debit is ita defuistis, ut nihil  
„ordini vestro minus consentaneum esse  
„possit, aut Sacrorum Canonum præ-  
„scriptis magis adversum. Optandum  
„profecto fuisset, ne ad honoris vestri

Xx 4

„de-

Sec. XVIII. „detrimentum ea consilia & cæpta  
 A. C. 1728 „longius manarent, nec fuisset exiguum  
 „molestiæ nostræ lenimentum, si re-  
 „sipiscientiæ suadente spe aliquamdiu  
 „dissimulari potuissent. At animorum  
 „æstus eo demum evasit, ut palam late-  
 „que indecoras & Venerabili FratriEpi-  
 „scopo Passavensi injuriosas atque adeo  
 „in Apostolici Judicii & Cæsareæ pieta-  
 „tis offensionem reddituras conquæstio-  
 „nes proferre & propalare non dubitare-  
 „tis. Neque tamen iis vos finibus conti-  
 „nuistis, sed Capitulare quoque Statutum  
 „condidistis de mensa Episcopali & of-  
 „ficiosa pro more gentis communione  
 „cum eodem nunquam admittenda,  
 „ut nimirum præpostere facta publicis  
 „etiam consignata monumentis exta-  
 „rent. Ingemescimus fane vehemen-  
 „ter, Dilecti Filii & Episcopalem digni-  
 „tatem disciplinamque Canonicam gra-  
 „viter violatam, hæreticamque adeo  
 „omini vestro maculam (adspersam).  
 „In tanti vulneris acerbitate reputan-  
 „tes ministerium nostrum implere, ve-  
 „stroque officio & honori consulere  
 „omnino debemus. Acta igitur & li-  
 „bellos & quæcumque a vobis in hac  
 „caussa & contra Episcopum scripta, e-  
 „dita & gesta sunt, nulla prorsus &  
 „irrita esse decernimus, & declaramus,  
 „vobisque districte præcipimus & man-  
 „da-

„damus, ut intra duos menses a die, Sæc. XVIII.  
„qua vobis hæ nostræ in forma brevis A.C. 1728.  
„literæ traditæ fuerint, res ejusmodi  
„perperam gestas & illatas Venerabili  
„Fratri Episcopo vestro injurias idoneas  
„debitaque satisfactione reparationis; sta-  
„tutum vero antedictum omnino re-  
„vocetis atque a tabulis Capitularibus  
„deleatis. Confidimus autem, vos  
„sedulo cogitatus, quam absonæ fue-  
„rint æquitati & rationi collatisque  
„in Passaviensem Ecclesiam beneficiis  
„querelæ vestræ, neque commissuros,  
„ut scandalis avertendis & injuriis e-  
„mendandis necessaria esse ulteriora  
„remedia videantur. Ac vobis, Di-  
„lecti Filii Apostolicam benedictionem  
„peramanter impertimur.,,

§. LV.

*Salisburgenfis Principis & Archiepi-  
scopi querelæ contra Passa-  
vienses.*

Hoc item anno Mense Septembri Leo- *Vide supra*  
poldus de Firmian Archiepiscopus pag. 691.  
& Princeps Salisburgenfis querelam  
ad Ratisbonensia Imperii comitia de-  
tulit, eoquod Passavensis Episcopus  
totam suam Diæcesin ab ejus Archi-  
episcopali jurisdictione eximi per Pon-  
tificis Breve obtinuisset, non sine ma-